



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

ut agnito post errore magis agnoscant dei benignitatem. Præterea & Christi persona in Dauide significata est, quæ Iudæi noluerunt regnare super se licet constitutum regem à deo, sed extra Hierusalē eijcientes crucifixerūt, ut ita uolente deo fieret rex & Iudæorū & gentium. Daud ne in hac morte quidem qua nunc tenebatur perit, inferos hic illi fuisse quis dubitat? Ita & Christus per mortem & inferos transiuit ad regnum æternum, Vnde & hic ipsa loca conueniunt historiae Christi, Daud egreditur ex Hierusalem (ut Christus post ultimam cœnam) trans torrentem Cedron, tristis & flens in montem oliuarū, ut oret &c.

CAPVT XVI.



Ria hic dicuntur. Mendacium Siba, Maledictio Semæi, Illo decipitur Daud, in hac seruat innocentiam, ut uideas manifestum inimicum non tam esse timendum ac adulatorem & amicitie specie fallentem. In altero ergo peccat Daud stulte credens mentienti, In altero summæ innocentie & pietatis edidit exemplū. Tertium est turpe Achitophelis consilium, de quo infra dicemus.

Remansit.

Adeo uerisimiliter mentiebatur Siba, ut etiam infra cap. 19. non potuerit Daud à sententia se temperare, licet remiserit aliquid, nempe ut diuiderent dominus

et seruus possessionem suae agros. Nō ergo dicas sanctos errare non posse. [Bahurim.] supra. 3. cap.

Semei. Vides quae odia seruet domus Saul contra domum Dauidis. Hypocritae uide compesci foris pos sunt, intus tamen furunt odio in eum quem dominus elegerit, uellent ipsi obtinere regnum etiam contra deum si liceret, et cum istis odijs ardeant, tamen alios ueros sanguinū uocant, quasi qui non aliorum salutem sed perditionem querant, ista odia non putant esse homicidia, quā nihil negligit illorū quae facere potest iste Semei, tam nihil negligunt et hodie hypocritae ex regno Saulis, facturi libenter plura si possent. Quid queso peccarat Dauid in Saulis domum, nisi quod deus eum uoluit regem? culpa ergo dei erat, contra quem iam excacatus Semei loquebatur non contra Dauidem. Et dedit, inquit, dominus regnum etc. Ex praesenti casu iudicat impietas et fallitur. Sic et amici Iob ex miseria iudicabant impietatem, dum non uident quod deus cruce suos glorificat.

Quid mihi.

Carnis consilia respuit et uindictam non uult, ubi agnoscit in cruce sibi hoc malum suscitari à domino, sed mortificata uoluntate sua totum se illi permittit à quo percutitur, id quod est opus magnae fidei, Contra de impijs dicit Esaias, populus non est reuersus ad percutientem se. Tamen moriturus Dauid mandat iustis

judicium contra Semei. Hic Abisai postea inter fortes David numeratur, non tamē, ut supra diximus, frater eius Ioab. Dominus enim,

Tunc patienter mala ferimus, & nō respicimus quid nobis à malignis intentetur, dum agnoscimus à deo ut patre nostro nobis talia & nō à creaturis fieri, quem admodum Iob qui dixit, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est &c.

Ecce] filius qui amare secundum naturam etiam debuit. [Filius Iemini] qui non potest nō odisse quia est ex stirpe Saulis. [Venit] scz Bahurim.

Absalon autem.] Repetit quod in fine superioris capitis dixerat, ut addat, & dicat ut in Hierusalē res acta sit. [Hæc est.] Blanda est & amica ironia,

tu scz ita astas Davidi amico tuo, ut mihi preceris scz Ingredere. Hoc est consiliū Achiz (lutemē tophel, Non est uerisimile Israëli q̄ quæras mortē patris tui, iccirco Israëlitæ non nihil uerentur facere ali quid in patrem, ne & in te filiū peccent, Tantummodo enim uideris affectare regnū nisi aliquo manifesto signo declares te pessime uelle patri, Non erit autē signum cōmodius quā ut maxime uioles uxores patris tui quas reliquit, tunc omnis intelliget te non uelle eum uiuere cuius thorum uiolaris. Hæc scilicet est prudentia carnis, ubi nihil pensi habetur deus aut homines, dum quærit sua caro impia, Et tamen ista consilia

ut dei suscipiuntur, imò loco consiliorũ dei, ut non admireris nos excæcatos suscepisse doctrinas dæmoniorũ. 1. Timo. 4. Sed istis initijs oportuit infatuari à deo consiliũ Achitophel, & inaugurari regnum impietatis. Nec meliora uides in regno hodie pharisaico, ubi regnat Absalon eiecto Dauide, id est, Christo cum suo euangelio, & tamen iste Absalon gloriatur se filiũ regis, cui regnum iure debeat loco Davidis, quemadmodum hodie se solos iactitant Christianos & sedere in loco Christi, qui contra dominũ & Christum eius conspirauerũt, ut dicitur Psal. 2. Porrò dominus per istos impios nebulones compleuit uerbum suum quod locutus fuerat per Nathan &c.

CAPVT XVII.



oc caput nihil aliud docet quàm consilium Achitophel domini uoluntate dissipatum, ut Dauid seruaretur & malis ueniret super Absolonem. Hic maxime uides illud, quod dicitur, Malum consilium consiliorum pessimum.

Vrfa.] Vrfa[m] seuire raptis catulis etiam illud in
dicat Prouerb. 17. Expediit &c. *vrfa vrfa ut vrfa super vrfa:*
Congregetur. Speciem exhibet quasi boni *vrfa vrfa*
consilij, cum tamẽ nihil aliud agat quàm ne hac nocte
lassus Dauid obruatur. *vrfa vrfa*